



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv**

**More, Henry**

**Avdomari, 1660**

Martyris de Martyre testimonium. Ibidem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38320**

pridie decollationis Sancti Ioannis Baptistæ coronatus est; cui etiam similiorem reddidit Iudicis atrox crudelitas: steterat enim interea dum supplu-  
cium lumeretur è sublimiori cubiculi contignatione prospiciens quod pro-  
cul agebatur; peracto vero suppicio iussit measæ cibos inferri tanquam tri-  
umphum dere bene gesta agens, & iurisurandi parte exoluta: Altera restabat pars ut Caput & membra certis locis affigerentur. Hæc antequam di-  
stribuerentur domum allata atrectans inhumanâ barbarie comparasse di-  
citur cum captorum venatione ceruorum membris, quæ tum forte doho illi  
offerebantur, & ad complendam immanitatem vrbe egrediens, & equum  
quem insidebat circumagens cum caput conspexisset in pertica, voluit cu-  
bitis aliquot altius erigi ad exemplum; nesciens futurum etiam se alij  
exemplo ut cauerent quas causas & quam iustè tractent: Famâ enim sat con-  
stanti ferebatur Anno vix expleto cœnanter sensisse in ceruice quasi ictum  
pugni; de quo quando cum famulo ponè (ut assolet) stante iracundius expo-  
stularet, & is nihil se fecisse aut vidisse diceret, secundò percussum expauit; dela-  
tus à Cœna ad cubile prima luce repertus est cù morte colluctans, neq; vidi-  
t velperâ: quam dispari ab Edmundo mercede proclive est cuique existimare.  
Etenim qui proximè eadem in Prouincia eandem mortis aleam Sacerdotij  
causa subiuit D. Ambrofus Barloe Sancti Benedicti Monachus hæc ad fra-  
trem suum R.P. Rudisindum Barloe Duaci commorantem scripsit è carcere:

Martyris  
de Martyre  
re testimoni-  
num,

*Arbitror me passum (Ita vulgo loquimur cum de morte violenta est ser-  
mo) nā Dominus Bradshawe (quo nomine Edmundus quandoq; ad dissimu-  
lationem vtebatur) is qui ultimò passus est Martyr, ea nocte quæ secuta est  
passionem ipsius, cum ego penitus ignorarem quod passus esset, stans ad la-  
tus lecti mei ita mibi estlocutus. Ego passus sum, & tu iam debes pati; vide  
vt pauca loquaris; conabuntur enim te in verbo capere. Hæc Martyr de  
Martyre: Feiices animæquæ tam beato fine labores hic suscepitos coro-  
natunt. Aliorum nunc gesta perpeſſioneſque percurramus.*

XIII. Pseudo Antistiti Vigorniensi plures fuere proles, quas in  
eadem secum hæresi ab incunabulis diligenter instituendas curauerat: Quæ  
tamen Dei est benignitas ex filiabus una Catholicam fidem amplexa multis  
exemplo fuit pietatis & constantiae. Huius frater natu maximus, vir omnium  
flagitorum cœno immeritus ex morbo impurissimo ad extrema deuen-  
terat. Verâne ac factâ tactus Religione fororem de eius salute mire sollici-  
tam rogat obtestaturque non semel ut Sacerdotem acerlat, cupere le vehem-  
enter Catholicè emori: Illa nè fratri periclitanti in re tam necessaria defen-  
dit aduocat ex Nostris vnum, qui totius vitæ accepta confessione, pane et  
iam cœlesti ægrum refecit: secundò redijt aliquanto post ad nouellam plâ-  
tam ijdem Sacramentis confirmandam: Rogatur tertio ut accedat:  
At interim aperuerat infelix Parenti rem uti gesta erat: tenduntur insidiæ;  
capitur Sacerdos; Pseudo Antistiti sistitur, & recusato (quod fidelitatis vo-

Guilielmus  
Anderstorii  
capitur,

Nnn

cant